



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Si furiosi matrimonia contraxerint. xxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

non attendentes illud euangelicum: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis visum est, vt coniugia feruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes, dominis seruiant suis, Et hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum.

Si furiosi matrimonia contraxerint. Cap. XXX.

Nequē furiosus, neq; furiosa matrimoniū contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separetur.

Ex decr. Fabiani

De desponsata puella, si alter eam in matrimonium possit accipere. Cap. XXXI.

pape, ca. 5.

De coniugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si vlla trāsgressione violetur.

Ex epist. Syriey pape, ca. 4.

De his qui sponsas alienas rapiunt. Cap. XXXII.

De his qui sponsas alienas rapiunt, antiqua & synodalis sententia obseruetur. Quod & si fortē in Ecclesia euenus talis reperiri dignoscitur, vt pro salutis & religionis competentia humanius quiddā debeant tractare pontifices, sicut canonica, vt eisdem verbis vtamur, docet auctoritas, quia prior, inquiring, definitio durius: posterior autem quiddam tractauit humanius, nullo modo vt ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ accipere, sine publica trāseat pœnitētia. Quod si hæc obedire renuerit, sine vlla refragatione anathematizetur. Fautores verò illius, iuxta modum culpæ, episcopi decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus, de gradu ecclesiastico illis nup̄ iis se consensorem, vel interuentorem manifeste prodiderit, à gradu proprio repellantur. Et si veri similibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se purget.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 5.

De his qui fœminas rapiunt, Cap. XXXIII.

Ex cōcil. apud Aquisgrā. cap. 3.

Placuit, vt hi qui rapiūt fœminas, vel furātur, aut seducunt, eas nullatenus habeāt vxores, quāuis eis postmodū cōueniat, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum